

rum arcanissimū, quod sub cœlo terraq; reperitur: Elegās est, veluti Thirtza, suauius, quē admodum Hierusalē: terribilis, instar mucronū Castrensiū: & nihilominus est pura castaque virgo, qua de Adamus formatus & creatus fuit. Obfignatus quidē illius tabernaculi ingressus est: In hortis siquidem habitat, & in duplici specu Abrahami in agro Hebron dormit, & palatium illius in profunditate maris rubri est, atq; in perspectibilib. specubus: aer illā peperit, & ignis eandem educauit: Iccirco terræ regina est, lac, & mel in vberibus suis habet: immo labia illius sunt instar destillantis faui: mel, & lac sunt sub illius lingua, & vestium eius odor sapientibus est instar odoris à Libanon: ignaris vero abominatio. Et porro aiebat Salomon: Expergiscito, & spectato integrum meum Gynecæum atq; eiusdem quærito similem: & quamprimum vniuersum Gynecæum ciuilitate sese denudabat. Cogitationibus autem meis intentus, nihil reperire vel iudicare poteram, & oculi mei, ne illud agnoscerem, occlusi erant.

Dum autem Salomon infirmitatem meam deprehenderet, Gynecæum à nuda ista fœmina separabat, & aiebat: *Cogitationes tuæ sunt vanæ, & intellectus tuus à sole combustus est: memoria tua nebuloso-atra est, adeo ut nihi recti iudicare possis.* Sed si rebus tuis probe inuigiles, & præsentem occasionem non negligas, hujus nudæ virginis sudor sanguinolentus sudor, & niuæ lacrumæ te iterum recreare, atque intellectum & memoriam tuam clarificare & restituere poterunt, adeo ut oculi tui mysteria altissimi agnoscant, quemadmodum & altitudinem superiorum, profunditatem inferiorum. Totius naturæ, elementorumque vires & operationem quoque proprie explora-